

AD CAPITVLVM XXVII

1. Mīnōs

Mīnōs rēx, quī Crētam īnsulam regēbat, ibi magnam et pulchram rēgiam, multōs servōs, magnam pecūniā habēbat; itaque superbus factus erat, atque deōs omnēs sibi favēre putābat sēque ab iīs omnia petere posse. “Mē prae cēterīs mortālibus beātum esse cēnseō: deī enim mē amant;” inquit, “sī enim ā deīs petō ut mihi dōnum dent, statim dōnum ad mē mittunt.”

Olim, multīs hominib⁹ spectantib⁹, ambulātum exiit et īoram maris petīvit; ibi vērō Neptūnum tālibus verbīs īrāvit: “Ō Neptūne” inquit, “ōrō tē ut pulchrum taurum ad meām īnsulam mittās, quem tibi, marium omnium deō quī magnōs flūctūs excitās tempestātēsque sēdāre solēs, sacrificābō!”

Neptūnus ex fundō maris eum īrantem audīvit et pulcher-rimum magnumque taurum ad īnsulam Crētam mīsit, quem sacrificārī iussit.


Mīnos, ad taurum accēdēns, eum magnā cum cūrā spectāvit: postquam vērō vīdit taurum pulcherrimum esse, nōluit tam fōrmōsam bēstiam Neptūnō sacrificāre; servōs igitur suōs id facere prohibuit, eōsque iussit alterum taurum ex stabulō suō ad maris īoram addūcere: “Ō servī” inquit, “vōbīs imperō ut taurum minus pulchrum ex stabulō meō sūmātis: cūrāte tamen ut colōre sit similis huic, quem Neptūnus mīsit.”

Vix haec dīxerat, cum servī, quī sevērum atque superbū rēgem timēbant, quam celerrimē potuērunt imperāta fēcērunt: itaque ad stabulum cucurrērunt unde alterum taurum ad lītus dūxērunt. Quō sacrificātō, Mīnōs servōs iussit sacrum tau-

rēgia -ae f = domus rēgis
superbus -a -um = quī aliōs nūllīus pretiī esse
putat
favēre + dat = bene velle
petere (ab aliquō) = poscere

sēdāre ↔ turbāre
sacrificāre = bovem/ovem/
porcum occīdere et deō dare

fundus -ī m



stabulum -ī n = locus quō pecora nocte
redeunt
ad-dūcere


similis -e (+ dat) = quī īdem esse vidētur

imperātum -ī n = quod imperātur
currere cucurrisse

rum, quem Neptūnus mīserat, ad stabulum agere atque iānuās claudere: “Nunc magnā cūrā facite, ut nēmō hunc taurum videat: imperō vōbīs ut eum bene in stabulō occultētis.” Deinde rēx, laetus quod tam pulchrum taurum sibi parāvit, ad rēgiam suam rediit.

Neptūnus tamen facile omnia intellexit, quae rēx fecerat. Irātus igitur ad ūram maris vēnit; ad stabulum cucurrit, et, iānuā apertā, suum vīdit taurum in stabulō inclūsum. “Ō improbe Mīnōs!” exclāmāvit, “mē fallere volūstī! Efficiam igitur ut pulcherimus ille taurus, quem tibi largītus eram, in saevum mōnstrum mūtētur!”

Haec verba locūtus, ex stabulō taurum, quī ferōcissimus factus erat, ēmīsit; quī, in hominēs impetum īfēstīs cornibus suīs faciēns, multōs virōs multāsque fēminās horrendā morte interfēcit. Incolae perterritī, quamquam fūnibus et hastīs ūtēbantur, taurum hūc et illūc currentem capere nō poterant; nec ē tālī perīculō līberatī sunt, dōnec Herculēs, quī in Crētam vēnerat, illam saevissimam bēstiam tandem cēpit.




Herculēs

parāre; sibi p. = suum facere
intel-legere -ēxisse

largītī -ītum esse

ē-mittere
īnfēstus -a -um = ad
pugnam parātus
horrendus -a -um
= terribilis



fūnis -is m

perīculum -ī n | līberāre = līberum facere
dōnec = dum, ūsque ad tempus quō
Herculēs -is m = Iovis filius, deus Graecus

Lātōna -ae f

rēgīna -ae f = rēgis coniūnx

Olympus -ī m = mōns Graeciae, ubi deī habitant | ex-pellere -pulisse -pulsum
expulsam mīsit expulit et mīsit

optāre = cupere



delphīnus

per-movēre -mōvisse -motum
fundus -ī m (v. pāg. 13)
ef-ferre ex-tulisse ē-lātum (< ex-)
delphīnus -ī m
dorsum -ī n = tergum bēstiae
vehere vēxisse vectum

ex-pōnere -posuisse -positum

2. Lātōna

Lātōna dea fuit, quam Iūnō, deōrum rēgīna, nōn amābat; itaque dē Olympō expulsam in terram mīsit, ubi ipsa maerēns per campōs silvāsque errābat. Ad ūram maritimam Lātōna postrēmō advēnit, ubi sīc Neptūnum ūrāvit: “Ō Neptūne, ūrō tē ut mē in īsulam ferās in mediō marī sitam: optō enim ut ibi irātam Iūnōnem tandem effugere possim!”

Neptūnus, eius precibus permōtus, parvam īsulam ex Ōceanī fundō extulit; tum delphīnum ex altō marī ad Lātōnam mīsit, quī eam in dorsō suō sedentem ā lītore maris ūsque ad parvae illīs īsulae ūram vēxit. Ibi vērō delphīnus eam exposuit; quae ab humilī lītore in alta saxa ascendit, unde prōspiciēns tōtum mare circā īsulam spectāvit.

30

35

40

45

50

55

60

Locus erat amoenissimus; īnsula autem nōn fīxa stābat, sed, tamquam nāvis, modo hūc modo illūc flūctibus iactābātur. Lātōna vērō in īnsulā quae mōvēbatur vīvere nōlēbat.

Iuppiter igitur, postquam hoc animadvertisse 65
animadvertere -vertisse
dēscendit atque catēnīs ferreīs īnsulam ad maris fundum
vīnxit.

Lātōna ergō in eā īnsulā habitāvit, sed, quod sōla erat, Iuppiter filium et filiam eī dedit. Ita nātī sunt Apollō et Diāna, Lātōnae līberī, quōs ipsa valdē amābat; neque iam ab īnsulā discēdere volēbat: at inde quoque necesse fuit fugere: nam Iūnō eam persequēbātur. 70

Duōs igitur īfantēs, quī nōndum ambulāre poterant, in sinū suō portāns per variās terrās errābat et valdē fessa erat. Quamquam vērō sitiēbat et ēsuriēbat, neque aquam invenīre poterat, neque quisquam cibum eī largīrī volēbat: omnēs enim Iūnōnem īrātam metuēbant. 75

Ōlim, dum ambulat, subitō parvum lacum haud procul ā viā vīdit, ad quem laetissima statim cucurrit. Agricolae vērō, quī frūmentum in campīs metēbant, postquam eam cōspexērunt ad lacum currentem: “Abī!” clāmāvērunt, “Nōlī aquae appropinquāre! Nisi statim discēdēs, cūrābimus nē aquam illam bibere possīs!” Quibus autem clāmantibus Lātōna nōn pāruit, et lacum petēns: “Cūr mē prohibētis aquīs?” inquit, “Omnēs līberē aquīs ūtuntur. Nātūra nēminī dedit sōlem, nec āera, nec aquam: dōna sunt omnibus com- 80
mūnia. Ōrāns tamen ā vōbīs petō ut mē aquam haurīre sinātis; nōlō enim in lacū lavāre membra: tantum bibendī cupida sum, quoniam ūs est valdē siccum et vix loquī possum. Ōrō igitur vōs ut aquam mihi ad vīvendum necessāriām dētis. Nōnne hī quoque īfantēs vōs movent, quī ex meō 85
sinū ad vōs bracchia tendunt?”




Ancient Greek illustration showing a woman (likely Latona) holding two small children (infants). The woman is standing and looking towards the right. The first child is held in her left arm, and the second child is held in her right arm. The woman's head is turned slightly to the side, and she appears to be speaking or gesturing. The style is characteristic of classical Greek vase painting.

Infantēs bracchia
tendunt 90

Agricolae vērō illī, quī ab aquā eam prohibēre volēbant,
hīs verbīs nūllō modō mōtī sunt, sed, falcibus suīs in campō 95

nāscī nātūm esse: māter parit, līberī nāscuntur

Apollō -inis *m*, Diāna -ae *f*sitēre = bibere cupere
ēsurīre = ēsse cupere

currere cucurrisse

ap-propinquāre + dat (< ad-) = prope venīre

pārēre -uisse

nēmō, dat nēminī

āer, acc Gr āera
commūnis -e (+ dat) = nōn ūnīus sed omnīum
petere (ab aliquō) = poscere

tendere

movēre mōvisse mōtum

relictīs, ad lacum ipsī quoque cucurrērunt, atque aquam pedibus manibusque turbāre coepērunt. Tunc Lātōna, quae aquam sordidam iam bibere nōn poterat, deōs deāsque hīs verbīs ūrāvit: “Ō deī bonī, sī soror vestra sum, ac mē adhūc amātis, cūrāte ut hī improbī agricolae, quī mē ab aquā prohibuērunt, sevērē pūniantur!”

Quibus verbīs audītīs, Iuppiter, deōrum omnium rēx, agricultās illōs prāvōs in magnās rānās convertit. Hanc ob causam etiam nunc rānae semper apud aquam aut in aquā ipsā vīvunt.

3. Phrixus et Hellē

Athamās Graecōrum rēx fuit, quī, postquam eius uxor mortua est, alteram fēminam, nōmine Īnōnem, in mātrimōnium dūxit, quia parvum filium et parvam filiam habēbat, quōs ipse alere nōn poterat.

Īnō autem, cum prīmum in rēgiā tīvit, neque puerum nōmine Phrixum neque puellam nōmine Hellēn amāvit eōsque ex rēgiā ad parvam casam quae in silvā sita erat, mīsit, ubi tamen Phrixus et Hellē laetī habitābant. Cotīdiē enim, gallō canente, ē lectīs surgēbant, māla edēbant et lac bibēbant, ac posteā ē casā in silvās et collēs currēbant, ubi parvās ovēs īnsequentēs vel flōrēs carpentēs lūdere per multās hōrās poterant. Vesperī vērō ē silvās collibusque ad parvam casam redībant, ubi cēnam parābant. Tum dēnique fessī in cubiculum ībant, ubi dormiēbant.

Saepe vērō noverca ē rēgiā venīre solēbat eōsque spectābat lūdentēs. Īnō autem nōn gaudēbat quod vidēbat puerum puellamque tam laetōs esse, iīsque invidēbat: “Nōlō iam vidēre hōs puerōs tam laetē vīventēs. Cūrābō igitur ut Phrixus moriātur; profectō enim hōc modō efficiam ut soror quoque, post eius mortem, miseram vītam habeat.”

Phrixum igitur ē casā ad rēgiā arcessere eumque interfīcere cōstituit. Mercurius tamen, malō hōc cōnsiliō cognitō, aureum arietem, quī duās ālās habēbat, dē caelō mīsit; quī, cum prīmum ad eum locum pervēnit, ubi puer et puella habitābant, ā Phrixō cōspectus est.

re-linquere -līquisse -lictum

turbāre = turbidum (: sordidum) facere

pro-hibēre -uisse



con-vertere -tisse

rāna -ae f

Phrixus -ī m | Hellē -ēs, acc -ēn f

Athamās -antis m

Īnō -ōnis f | mātrimōnium -ī n; in mātrimōnium dūcere = uxōrem suam facere

regia -ae f = domus regis



īn-sequī = sequī

parāre = parātum facere

noverca -ae f = uxor patris (quae māter nōn est)

invidēre + dat = inimīcus esse ob bonum aliēnum

morī -ior ↔ vīvere



ariēs arietis m

per-venīre -vēnisse = advenīre

carpere carpsisse carptum
praebēre -uisse -itum = dare


īn-sidēre

dorsum -i n = tergum bēstiae

re-linquere -līquisse -lictum
longinquus -a -um ↔ propinquus

dē-lābī -lāpsum esse

Hellēspontus -ī m




dracō circum arboris truncum sē volvēns

diū = per longum tempus
flēre -ēvisse

Colchis -idis f

ex-pōnere -posuisse -positum | sacrificāre =
ovem /bovem/ porcum occīdere et dē dare
vellus -eris n



Puer igitur, nihil timēns, ad arietem accessit, eīque herbās dē campō carptās praebuit. Ariēs nōn erat saevus; ergō Phrixus, audācior factus, in bēstiae tergum ascendit et laetus clāmāvit: “Ō Hellē, exī ē casā, et spectā mē in tergō arietis īnsidentem!” Hellē, frātris vōce audītā, statim ē casā currēns exiit; neque ipsa metuit arietem, sed accēdēns in eius dorsum ascendit ibique post frātrem cōnsēdit.

135

Ariēs vērō aureus sūrsum suprā humum sē levāvit et ex eō locō, ubi sita erat puerōrum casa, ēvolāvit. Mox puer et puella Graeciam relīquērunt, et suprā mare volantēs longinquās terrās petīvērunt. Hellē autem dēspiciēns magnōs flūctūs īfrā sē vīdit; puella perterrita dē arietis dorsō dēlāpsa est; dum vērō cadit, “Ō frāter,” clāmāvit, “ōrō tē ut auxilium mihi ferās!” Deinde, quatīens bracchia et crūra dē summō caelō in mare cecidit ac mersa est, neque frāter eam servāre potuit. Ea maris pars, in quā Hellē mersa est, ā nōmine eius ‘Hellēspontus’ vocātur.

140

145

150



Frāter diū flēvit; ipse tamen nōn cecidit, sed usque ad Asiae terram volāvit, quae Colchis appellātur. Ibi ariēs puerum exposuit, quī bēstiam deīs sacrificāvit. Tum aureum eius vellus ad Colchidis rēgem portāvit, quī: “Cūrābō” inquit, “ut hoc vellus aureum in rāmō altissimae quercūs pōnātur, quae in silvā prope rēgiā est.” Dracō vērō saevus, quī in silvā vīvēbat, circum arboris truncum sē volvēns vellus per multōs annōs cūstōdīvit.

155

4. Comātās

160 **C**omātās servus fuit, quī in Graeciā habitābat, et cotīdiē caprās ovēsque dominī, quae in collibus et campīs pāscēbantur, cūstōdiēbat. Ovēs albae et nigrae in campīs herbā opertīs currēbant herbāsque carpēbant. Nocte silentī lūna et plūrimae stēllae in caelō serēnō lūcēbant; ovēs dormiēbant; Comātās vērō nōn dormiēbat, sed in altō saxō sedēns, dum ovēs cūstōdit, lūnam et stēllās in caelō sine nūbibus lūcentēs spectābat.

165 Subitō autem novem pulcherrimās puellās vīdit, quās statim intellēxit novem Mūsās esse, deās artium canendī, scrībendī, saltandī. Quae, Comātā tacente atque spectante, laetāe in campīs currēbant, saltābant, cantābant.

170 Tandem Mūsae ex campīs illīs amoenīs ad Olympum, deōrum domum in altō monte positam, rediērunt.

175 Māne, sōle oriente, Comātās parvum haedum captum ē grege in templō super āram Mūsīs sacrificat eāsque ūrat ut illud sacrificium accipient. Dominus autem gregis ex urbe in praedium suum vēnit, quia voluit aspicere agricolās et pāstōrēs suōs quī in agrīs et campīs opus faciēbant. Cum prīmum gregem suum cōspexit, ovēs et caprās numerāre coepit. Postquam vērō haedum abesse animadvertisit, servō arcessītō, “Ō improbe serve,” inquit, “ubi est haedus meus? Of-180 ficiū tuū est cūrāre nē ūlla ovis nēve ūlla capra dēsit! Ego cūrābō nē posthāc neglegēns sīs nēve dormiās!”

Comātās vērō perterritus, ad pedēs dominī sē prōiciēns, “Ō domine,” respondit, “ōrō tē nē sevērē mē pūniās: nam in ārā haedum sacrificāvī Mūsīs, quae in campīs tuīs laetae saltābant.”

185 Dominus autem īrātissimus prīmum baculō servum verberāre volēbat, deinde vērō in cubiculum dūxit, ubi magnam habēbat arcā, in quam miserū servū inclūsīt. Comātās ibi vix spīrāre poterat, neque cibū neque aquā habēbat. Quoniam igitur sē moritūrum esse sentiēbat, “Ō Mūsae,” inquit, “ōrō vōs, propter quās tālia ā dominō meō patior, ut mē ā morte servētis horrendā!”

Mūsae ex altō Olympō eum ūrantē audīvērunt, et apēs ad arcā mīsērunt, quae, in cubiculum per parvam rīmam ingressae, in arcā intrāvērunt et Comātam melle aluērunt.

Comātās -ae m

capra -ae f



haedus

operīre -uisse -rtum

intel-legere -ēxisse

Mūsa -ae f

saltāre = arte salīre et membra movēre


Olympus -i m = mōns Graeciae, ubi deī et
Mūsae habitant
pōnere posuisse positum

haedus -ī m

āra -ae f | sacrificāre = ovēm/bovēm/porcum
occīdere et deī dare
sacrificium -ī n < sacrificāreanimadvertere -vertisse
arcessere -īvisse -ītum

arca -ae f

morī ↔ vīvere

horrendus -a -um
= terribilisrīma -ae f
in-gredī -gressum esse ↔ ē-gredī
alere -uisse

Apēs igitur cotīdiē venientēs mel servō in arcā inclūsō ferēbant, quō eum ā morte servābant. Neque dominus eās, quae tam parvae erant, animadvertisebat.

diū = per longum tempus

Tandem dominus, putāns servum, quī tam diū in arcā clausus erat, iam mortuum esse, eam aperīrī iussit. Arcā tamen apertā, valdē mīrātus est, quod servum nōn mortuum, sed vīvum et bene valentem invēnit! “Cūr nōn mortuus es?” rogāvit. “Mūsae” respondit Comātās, “apēs cotīdiē mittēbant, quae mihi mel suum ferēbant, quō corpus meum alēbam.” “Exī ex arcā!”, inquit dominus, “Sī enim Mūsae tē amant, tē interficere nōlō.”

200

Comātās laetus ex arcā exiit; tabernam igitur petīvit, in quā haedum ēmit, quem Mūsīs sacrificāvit, quia eum ā certā morte servāverant.

205

5. Corōnis

Corōnis -idis f

Apollō -inis m = deus lūcis et artis canendī

Corōnis pulchra fuit puella quae in Graeciā habitābat. Apollō, quī in silvīs et agrīs errābat, cum prīmum eam iīsdem in locīs laetē lūdentem cōnspexit, statim amāre coepit.

210

Accessit igitur ad puellam et, amōrem suum fassus, sīc loquī coepit: “Ō Corōnis,” inquit, “ōrō tē ut mē audiās: ego tē amō; pulchrior enim deā mihi vidēris esse!”, verbīsque magnificīs eam laudābat.

215

Corōnis autem, quae improba fuit puella, “Ego quoque” inquit, “tē amō, ō Apollō; ōrō igitur tē ut mē amāre pergās, nēve umquam mē dēserās!” Occultāvit vērō sē alium amāre virum. Deus tamen, quī hoc plānē ignōrābat, laetābātur quod tālia verba ex fōrmōsissimā virgine audiēbat, atque, Corōnidem vidēre cupiēns, cotīdiē dē summō Olympō dēscendere solēbat.

220

Corōnis igitur Apollinem in silvā exspectābat: gaudēbat enim valdē, quod deus pulcherrimās gemmās ferēbat, quibus et digitōs et collum et bracchia ūrnāre poterat. Quoniam vērō Apollō illīs ūrnamentīs eam gaudēre animadvertisebat, “Ō mea Corōnis,” āiēbat, “nōlī timēre: nam cūrābō ut cotīdiē novīs gemmīs novīsque margarītīs corpus tuum fōrmōsissimum exōrnētur.”

225

Olympus -ī m mons Graeciae, ubi dei habitant

ex-ūrnāre = ūrnāre



corvus -ī m
ōdisse ↔ amāre (ōderat ↔ amābat)

Apollō autem etiam corvum habēbat album, quī eum valdē
amābat, puellam vērō ūderat. Dum igitur Corōnis et amīcus
eius in silvīs errant atque inter sē ūscula dant, corvus, quī eōs
cōnspexit, statim ad Apollinem volāvit et, “Ō Apollō,” in-
quit, “ tē monēre volō, nē crēdās puellae amōrem suum fa-
tentī. Corōnis enim nōn tē, sed alium virum amat: nam malam
illam puellam cōnspexī cum amīcō suō in silvīs errantem et
lūdentem. Sī vīs, cūrābō ut tē ad eam cum amīcō ambulantem
dūcam.”

Apollō ūrātus ex aureā sellā, in quā sedēbat, surgēns, dē
Olympō dēscendit et ad silvās iit.

Cum pīmum vērō puellam vīdit, sagittam in eam mīsit
atque interfēcit: at continuō factī suī eum paenituit. Postquam
enim eam mortuam et humī iacentem vīdit, trīstis subitō fac-
tus ac maerēns, herbās, quibus aegrōs sānāre solēbat, carptās
eī dare cōnātus est. Frūstrā tamen: nam puella mortua in san-
guine suō iacēbat.

Tunc Apollō corvum ad sē vocāvit et, “Improbē corve,”
ait, “Corōnis mea mortua est! Tū hoc voluistī!” Avem igitur
pūnīre cōnstituit: itaque albās eius pennās in nigrās conver-
tit. Hanc ob causam nunc omnēs corvī nigrī sunt.

paenitēre -uisse; eum paenituit factī suī: do-
luit quod ita fēcit
carpere carpsisse carpum
herbās carptās dare cōnātus est: herbās carpsit
et dare cōnātus est
frūstrā adv; frūstrā cōnātus est cōnātus est,
neque vērō potuit

convertere -tisse